



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 109. Edmundi Augeri Jesuitæ extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1591

§. CIX.

*Edmundi Augeri Jesuitæ extrema.*

*Dorigny in  
eius vita.*

Alter erat Edmundus Augerius, qui in quodam Trecensis Diœcesis opido prope Sesauniam ex rusticæ gentis parentibus natus erat, atque a suo Patruo ejusdem loci Parocho elevabatur, postea vero Romam mendicato viens profectus ibidem ad culinæ servitium a Jesuitis recipiebatur: cum vero hi Patres hunc juvenem ingenii acie, morumque integritate præclarum cernerent, eundem ad Novitiatum admittebant, vivente adhuc sancto Ignatio, qui illum singulari studio ad pietatis exercitia incitabat, cumque Augerius hujus Magistri præceptis plurimum proficeret, Perusium, Patavium, ac demum ad Collegium Romanum mittebatur, ut ibidem artem Poeticam, ac Rheticam traderet: demum vero in Franciam missus indefesso Zelo hæreticos debellabat, adeo, ut non raro vitæ suæ discrimini exponeretur: porro anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo septimo jejunii verni tempore coram Carolo IX. concionabatur, anno autem millesimo quingentesimo septuagesimo quinto ab Henrico III. feligebatur, ut ejus conscientiam moderaretur, atque in illius Aula Verbum Dei prædica-

dicaret: attamen ob nimium, quo huic Sæcul. XVI.  
A.C. 1591.  
Principi adhærebat, affectum fœderatis tantopere exosum sese reddebat, ut relicta Aula Lugdunum secederet, ubi iterum ob ingentem, qua pollebat, auctoritatem plurimos sibi accersebat æmulos, qui cives ad Regis obsequium ejus opera inclinari verebantur: quapropter Turnonium auffugere compellebatur, ac postea a supremo Societas Præposito Roman evocatus, mutato tamen præcepto Venetias, ac postea Bononiæ, demum vero Comum contendit, ubi & mortuus est, postquam plura dogmatica conscripserat opuscula.

## §. CX.

*Aloysii Legionensis obitus.*

Erat Aloysius, seu Ludovicus Legio- Dupin. Bibl.  
Sæcul. XVI.  
part 4.  
pag. 343.  
nenfis ex Ordine Fratrum Eremi-  
tarum sancti Augustini alumnus, qui  
diu Salmanticæ sacras literas tradidit,  
ac demum plures circa facrum Codicem  
libros conscripsit, ex quibus pal-  
mam ceteris præripit tractatus latinus  
de *legitimo tempore utriusque agni typici*,  
*ac veri immolationis*, ubi omnes difficul-  
tates circa ultimam Domini nostri Cæ-  
nam oppositas exacte discutit, ac pro-  
pugnat, quod Christus Dominus legale  
Pascha fecerit, agnumque ad noctem  
feriæ quintæ, quæ erat juxta Judæos

N 4

ini-